

Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis
 regni Polonia vicecancellarius,
 Mathie Lang proconsuli Gdaniensi.

155

Tamate domine amica charissime, salutem.
 Dominus Philippus Holkner legum licen-
 tiatus reddidit nobis literas vestras, qui-
 bus officia in vos nostra, cum summa
 animi gratitudine repetitis et commemo-
 rastis. Nos quidem probitatis et fidei ve-
 stre fama permoti, et fecimus perlibenter
 si quid rebus vestris commodare potui-
 mus, et per occasionem faure non cessa-
 bimus. Quoniam verò idem licentiatus,
 qui et vestrum, et vestrorum sociorum
 ut scripsistis negotium erat curaturus, tunc
 huc venit, cum regia maiestas pestem
 fugiens, Cracovia iam discesserat, et cum
 paucissimis esse constituit, propter absen-
 tiam sue maiestatis, non licuit nobis
 eidem negotio vestro tantum prodesse,
 quantum fortasse in presentia sue ma-
 iestatis profuissemus; attamen dedimus in
 eo ipso negotio literas tales, quales ad præ-
 sens tempus dari licuit, prout hoc ipsum
 etiam ipse Dominus Philippus, qui diligen-
 tissimè et prudentissimè rem apud nos cu-
 ravit, vobis coram referet. Tamen si eadem
 literæ in tali negotio data minime prodeint,

vos quoque significaveritis nobis, eas vobis
non profuisse; dabimus operam ut aliqua
alia via et processu, rebus vestris con:
sulatur. Sed ut superius scripsimus, ex:
plicabit ista coram uberius ipse Dominus
Philippus, cuius res et negotia ut ali:
às, etiam nunc quoque vobis communi:
damus, constat enim nobis eum de Ida:
nensi republica non vulgariter meritum
esse. Valet. Datum